Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

**Terms and Conditions**

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 664071-0
Fax: +43(732) 664071-344

presbiteri criminosi et perconsequens sacerdotis sceleratissi
mi: Mirum quod tales non verentur stantem iuxta se dei an
gelum qui secat ipsum per mediu: Nam ambrosius dicit qui
indigni cristum sumunt idem est ac si ipsum interficerent: Et
ideo ait augu. Melius est spiritualia penitus obmittere,
quam impure tractare: Hec tibi sunt scripta mi frater.

Responsio fratris ad fratem valde compuncta.
Capitulum .xvj.

Vt respondes mihi mi frater scribendo quod sufficienter tibi vtique dixi. vt caritas mea fraterna proposuit tibi que merito te ab huius mundi vanitate deberent retrahere et in amore dei solidare. Sed quoniam maximus sis potest et vltimus om nium hominum et asseris te deum tuum omnipotentem sepissime ad iram prouocasse. Insuper innumerabilibus peccatis grauiter oneratum esse sic quod propria tua consciencia iudicet te condemnatum fore: Et ideo dicis te nescire quid facturus existas: aut quo a facie dei tui fugias. Respondeo tibi o mi germane et multum laudo tuam sic erga deum accusacionem, necnon eterne tue dampnacionis cognitionem. Certum enim est quod dei misericordia superat omnem effusionem. Nam sua te mi frater bonitas creauit. sua namque misericordia creatum ab originali peccato per baptismum te mundauit: Sua insuper magna paciencia post istam emendacionem baptismi in alijs peccatorum et voluptatum sordibus hactenus tollerauit nutriuit et expauit. Insuper dominus dixit. Nolo mortem peccatoris sed magis vt conuertatur et viuat. Et quid esset quod dixerat. nolo mortem peccatoris si te ad ipsum clamantem ad infernum sepeliret. an truderet ad infernum et nolo mortem peccatoris an hoc est volo vt conuertatur et viuat. Nolo te ignorare mi frater quomodo multi scelerati. multi luxurijs dediti. multi concupiscentijs seculi signati. bonitate eius ad indulgentiam peruenerunt. Non ergo abnegat vni quod pluribus contulit. Recordare ergo cur de celo venit ihesus xpistus deus et saluator noster quid in mundo fecit ad quid se morti tradidit non nisi vt peccatores saluaret: Quis enim